



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo||nis Episcopi Hal-||berstatten[sis] Homiliarum,
nunc sexto || maiori [pro] ante hac unquam dili||gentia
excusarum, || Pars ...**

praeter omnes omnium appendices, accesserunt iam recens homiliae
aliquot piæ, ante hoc tempus excusæ nusquam

Pars Aestivalis

Haimo <Altissiodorensis>

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1551

VD16 H 222

Feria iij. Litaniarum

urn:nbn:de:hbz:466:1-39335

inguar, alij interpretatio sermonū, alij discretio
spirituum. Hæc autem omnia operatur unus atq;
idem spiritus, diuidens singulis prout uult.

FERIA TERTIA

litaniarum, post Vocem iucunditatis,
Matthæi VII.

In illo tēpore Dixit Iesus discipulis suis: Pe-
tite, & dabitur uobis: quærite, & inuenietis
pulsate, & aperietur uobis. Et reliqua.

Poterat aliquis ex auditoribus dñi dicere: Quo-
modo nos præcipis sanctū non dare canibus,
neq; mittere margaritas aī porcos, cum nos
nec dū eundē sanctū & easdē margaritas habem⁹,
q̄s mittamus ante porcos? Et quasi ad hæc domi-
nus respōdens, infert Petite & dabitur uobis. Tria
enim dixit: petite, q̄rite, pulsate. Petite a deo sanita-
tem & firmitatē animi, ut possitis ea implere q̄ præ-
cipiuntur uobis. Quærite uia ueritatis, & inuenie-
tis. Pulsate ianuā regni cælestis, de qua scriptū est:
Hæc porta dñi, iusti intrabunt per eam. Hoc em̄ or **Psa. 117.**
dine psequitur omnipotēs deus petitiōes nostras,
si primū petimus possibilitatē implendi diuina p̄-
cepta: deinde, si uia ueritatis adinuentiōe studio-
sa requiramus ad ultimum si regni cælestis aulā in-
trare uolumus. p̄cibus & bonis operibus pulsemus.
Ponamus inde aliquod exēplum: Vides aliquē ho-
minem infirmatū, pedibus ambulare nō ualentē.
primum medicina sanitatis ei impēditur, ut possit
ambulare. Ad hoc ptinet quod dixit: Petite, & acci-
pietis. Quid prodest ei ambulare, si nescierit uia
rectam per q̄ incedere debet, nisi ei recta uia osten-

datur. Ad hoc pertinet quod dixit: Quærite & inuenietis. Quid prodest iter ei, si postquam ad certum locum puenit, locum quem intrare desiderat, clausum inueniat? Ad hoc pertinet quod dixit: Pulsate & aperietur uobis. Vel etiam aliter potest intelligi. Petite credendo, quærite bene operando, pulsate perseverando.

Aut quæ est ex uobis homo, quæ si petierit filius suus panem, nunquid lapidem dabit illi?

¶ In his tribus comparationibus, dominus tres principales uirtutes uult designare. Per panem etenim charitas designatur, quoniam sicut mensa referta uarijs cibis, sine pane inops est, ita etiam cæteræ uirtutes imperfectæ redduntur sine charitate. At contra, per lapidem duritia cordis exprimitur, quæ maxime est contraria charitati. si ergo petierimus deum patrem ut det nobis charitatem, nunquid lapidem dabit nobis, hoc est, duritiam cordis?

At si petierimus piscem, nunquid pro pisce serpentem dabit nobis? ¶ In pisce fides intelligitur, quoniam sicut piscis inter fluctus tunditur ut semper crescat, ita etiam fides inter aduersa istius seculi probatur & proficit. Nunquid dabit nobis serpentem, hoc est, infidelitatem? Infidelitas enim per serpentem designatur, eo quod uenena malitiæ suæ primis parentibus infuderit. Tertia comparatio additur a Luca, dicit enim: Aut si petierit ouum, nunquid porriget illi scorpionem? In ouo spes designatur, quoniam in ouo nondum factus uidetur, sed futurus speratur. ita etiam spes quæ uidetur, non est spes: sed spes est expectatio futurorum bonorum operum. Nunquid scorpionem da-

Luc. 11.

bit illi hoc est, desperationem. Scorpio enim desperationem significat, quia scorpio in cauda percussit, & desperatio maxime in fine perdit.

Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona data dare filiis uestris, quanto magis pater uester, qui in caelis est, dabit bona petentibus se? Mirum est, cur dominus apostolos appellauerit malo, nisi forte dicamus quod in persona apostolorum omne genus humanum utuperet, quia ab adolescentia sua (sicut in Genesi legimus) prouum est eor illius ad malum. ¶ Vel certe possumus dicere, quia eosdem apostolos specialiter appellauerit malos. Licet enim bonitatem totius humani generis priuilegio suo transcenderint, tamen ad comparationem dei, mali sunt, quia ad illius comparationem nemo bonus est. Vnde ipse dicit: Nemo bonus nisi solus deus. [Nostis bona &c.] Quid appellat hic bona? Quae superius commemorauit, panem, piscem, & caetera corporis necessaria. Bona sunt, quia a deo creata sunt, per hoc quod domini est terra & plenitudo eius. [Quanto magis pater uester qui in caelis est, dabit bona petentibus se?] Et est sensus: Si in necessarijs filiis uestris largi existitis, quanto magis omnipotens deus erga uos largus existet, in ministrando uobis uictum & uestimentum?

Omnia ergo quaecumque uultis ut faciant uobis homines, & uos eadem facite illis. ¶ Ista est lex naturalis, quae in duobus consistit praecipis, & in his duabus sententijs tota lex pendet & propheta. Et hoc est unum quod tibi dicitur, Quaecumque uultis ut faciant uobis homines: & aliud est quod alibi dicitur, Quod tibi non uis fieri, alij ne

Ge. 3.

Mar. 10:

Psal. 23.

Tob. 4

L

feceris. Quia quicquid lex & prophetæ latius des-
scribunt, in his duobus præceptis breuiter est eõ-
prehensum. Qui eñ has duas obseruauerit, om̄em
legem & prophetas se gaudebit adimplesse.

Intrate per angustam portam,
quæ ducit ad uitam æternam:
quia lata porta & spatiosa uia est, quæ ducit
ad perditionem, & multi sunt, qui ingrediuntur per
eam.] Duas uias proponit dñs: una est lata & spa-
tiosa, quæ ducit ad infernũ: altera est angusta, quæ
ducit ad cælum: Lata uia est uoluptatum huius se-
culi, de qua dominus bene dicit, quia lata & spatio-
sa uia est, & multi sunt qui per eam ingrediuntur.
Non eñ est necesse ut requiratur, quia sponte er-
rãtibz offertur. Angusta uia est, quæ ducit ad uitam,
& a paucis inuenitur, & a multis inuenta non tene-
tur. Multi sunt istius uie iter aggressi, capti isti se-
culi delectatiõibus, sed de medio itinere reuertun-
tur. Angusta uia est, desiderium pergendi ad cælum.
Nunquid enim non est angusta uia, quæ ieiunan-
do & eleemosynas faciendo, promeretur æterni
regni consortium?

FERIA QVARTA

litaniarum, in uigijs

Ascensionis dñi.

Ioh. XVII.

In illo tempore Subleuatis oculis Iesus in
cælum, dixit: Pater, uenit hora, clarifica fili-
um tuum. Et reliqua.

Potuit silenter hæc eadem uerba orationis pa-
tri filius dicere, sed oratio filij, doctrina e apostolorum,
necnon & eorum quæ illorum ex em